

- « sunt, dispone ut libet; sed scito quod, si me uxore premis, omnem
 « ea die libertatem adimis, gravissimum et importabile pondus hu-
 « meris meis addis, bonumque, si quod unquam habiturus sum, hoc
 « uno deles momento ». ex his verbis animum dignoscens pater;
 5 quem fortassis, ut dicunt, cum annis mutabo, sed neque ego impor-
 tune contrarium asseverare ausim, qui non multum michi confido;
 me meis liberum iudiciis reliquit. sed nec ex hoc integer exire
 potui quin acrius pulsarer. quod enim pater, qui plus in me iure
 sanguinis potest, blande persuadere curaverat, hoc reliqui affines
 10 indiscreta ^(a) pertinacia cogere moliebantur ^(b). dicunt me novum
 vivendi modum adinvenire velle et ceteris sapientiore reddere ^(c).
 nesciunt quam novam astrologiam conceperim, ut maiorum meorum
 vestigia sequi nolim: verba utique moribus suis digna et que quales
 sint loquentes plane demonstrent. novum siquidem apud eos, sed
 15 veterem et laudatum apud sapientes modum vivendi servare cupio
 et, ut meus sim, summopere conari. neque enim me fallit alienis
 exemplis edoctum, quanti impedimenti quantique periculi sit, his
 maxime qui philosophiae dati sunt, coniugale, ne dicam muliebre,
 consortium. sed quid mirum, si ceteris sapientiore me esse curo,
 20 quod unicuique etiam ignavissimo permissum est, sique hanc, ut
 dicunt, astrologiam concepi, ut maiorum meorum vestigia sequi
 nolim? neque enim ita meorum secte me addixi, ut eorum mores
 et errata vestigia deserere verear. quibus obiurgationibus me li-
 berum sentiam, cum ab hoc infausto scopulo, ubi invitum detineor,
 25 Deo favente, discessero ^(d).

disponga adunque di lui, come vorrà, ma sappia che col mettergli una moglie addosso, distruggerà ogni sua speranza.

Udito ciò, il padre lo ha lasciato poi in pace; ma non così gli altri parenti,

che lo tacciano di presunzione e lo deridono, come a siffatte persone si conviene.

Egli però persevererà nel suo proposito, non ignaro de' pericoli che nascono dall'aver dimestichezza con le donne, massime per gli studiosi della filosofia;

né teme di abbandonare le usanze ed i costumi riprovevoli de' suoi. Piaccia a Dio che tra breve ei possa lasciar l'infausto scoglio nativo!

(a) *P Ra* indiscreta (b) *P* cogere videbantur (c) *P Ra* sapientiore esse (d) *B in*
marg. 1395 *P in marg.*: « Imperfecta epistola ».